

1160 vocatione in hoc articulo aliquid sompniant, dormi-
erunt sompnum suum et nichil invenerunt in Pal. 75, 6
manibus suis¹. Peregrinus Aquilegensis patriarcha,
Arnoldus Maguntiensis archiepiscopus, Renaldus
Coloniensis archiepiscopus et alii episcopi surgentes
dicunt: Quia Rolandus vocationem imperatoris et
iudicium ecclesie spernit, spernat et ipse; et quia
Octavianus se humiliavit et eorum iudicio se ob-
tulit, verum esse papam et catholicum iudicio

sub. 12 ecclesie Dei referunt. Hoc episcopi plurimi singilla-
tim interrogati laudant, id ipsum imperator in
ultimis interrogatus laudat. It clamor ad astra
Theutonicorum cantibus, patriarcha et archiepiscopi
pro Octaviano mittuntur. Extra enim castrum
iudicium ecclesie Victor in quodam clauistro² mo-
rabatur expectans. Qui multa tam cleri turba
quam militum cum papalibus insigniis ad maius
monasterium adducitur. Imperator de solio suo des-
cendens ei debitam exhibet reverentiam. Deposita
videlicet veste equum eius albissimum ornatum

1) ~~Angewandte~~ Die Encyclica concilii, Const. I, 190, T. 267
trifft Angewandte von animaligen Lebewesen; das aus-
drückt Bringung, sose der Wozung der dem ofspring
infolobten offigellen Briefe.

2) ecclesia Sancti Salvatoris, Const. I, 190, T. 268.

12m

12m Rapis?

12m quo rim Brief (d)
notiert P

12m. P